

Universitätsbibliothek Wuppertal

**DIONYSII || LAMBINI MON-||STROLIENSIS RE-||GII
PROFESSORIS,|| IN || Q. HORATIVM FLACCVM EX FIDE
ATQVE || AVCTORITATE COMPLVRIVM LIBRORVM
MANV-||scriptorum à se emendatum, et aliquoties
recogni-||tum, ...**

Horatius Flaccus, Quintus

Frankfurt/Main, 1577

Widmungsgedichte

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1066)

IN Q. HORATIVM FLAC-
cum, postremo à D. Lambino editum,
Germanus Valens Pimpuntius,
in Curia Parisiensi consi-
liarius Regius.

Lambinus Calbro in saltu mala gramina, & umbras,
Scabritiem, dum horrorem: qua plurima silva
Monstra ferunt paullo ante noua compefcuit arte,
Atque Venusinas segetes, & sentibus arua
Obducta, atque situ Dauni squallentia rura
Erudit, rastris ferro, insectatus aratro:
Monibus ut Calabris quondam pater Ennius hortos,
Emeritus sic Lambinus sua premia palma.
Nec satis hoc illi, nec brachia fessa remisit,
Expertus generosa magis quo sunt sola, plureis
Cultura reuocare vices, impendia, curas.
Acrius ergo auido incumbens superata labore,
Atque iterata nouo, vicit, domuitq; colendo,
Proscidit, offregit terram, effregitq; rebellem:
Respondet voci totiesque exercita tellus.
Saluete Ausonides nympha, saluete Camæna
Dauniades: multum tu magna Venusia salue:
Luce noua, tantoque alacres gaudete nitore:
Lambinum circumfusa lustrate choréis,
Sacræque odorata circumdate tempora lauro.
Lambinus maneis vestri arcessiuit alumni,
Peonio Elysia cantu de valle reductos.
Dimidia iam parte sui tabescit adempta,
Conclamâtq; gregem umbrarû in cõmunia damna
Pindarus, & frustra se abeunti opponit amico.
Hinc procul ô queis nec nympha, nec carmina cordi:
Ecce audita mihi referari ianua Diis,
Cantataq; domus Hecates seu ora debiscunt:
Auditurque inuita senis renatare carina.
Prosequitur clamor reuocantum, & sauit in auras.
Me tellus tremefacta quatit, specubusque remugit
Aduentante umbra, Flaccôq; Acherunte remisso:
Interpres suus arcanis, en, ora resoluit,
Vina obscura prius, pandens oracula voce.
Non tamè han: Lambine, tibi laudem equus Apollo
Inuidet, insignem vel qua te reddidit, artem.
Sic prius Hippolytum superas reuocarat ad auras:
Sic Deus omnipotens, Bacchi materque, paterque
Bis nati fuerat, proprium mutarat eburno
Sic humerumque Pelops: Æsonque recoctus abeno
Prodierat magico, duplicis compendia magna
Excipiunt ortus, & fortunata sequuntur
Fata quidem tantis numquam contraria fati.

IN EVNDEN IO. AVRATVS
Lemouix, poeta Regius, Gra-
cus & Latinus.

Linguarum populis cum lis foret orta duarum:
Hicque suos vates diceret, ille suos:
Multos Gracia se lyricos iactabat habere,
Flaccum vix unum cum sua Roma daret.
Verba notat Nemesis, Gracosque redegit ad unum,
Esset ut hinc Flaccus, Pindarus inde super.
Sed tamen & Flaccus longo corruptus ab auo,
Fœdatusque situ, iam periturus erat:
Non tulit hoc Nemesis, formam sumensque virilem
Lambini, ambrosio sparsit odore senem.
Protinus excussa, serpentis more, senecta
Splendet, in exuniis luxuriatque suis.
Hoc tibi nunc debent Latia, Lambine, Camæna,
Emula quod Graia stant sua plectra lyra.

IN EVNDEM IO. PASSE-
ratus, Trecentis.

Olim Philippos, busta gentis Martia,
Tuo imbuiſſes, doctè Horati, sanguine:
Ni te per hosteis nuntius celer decum
Densò pauentem sustulſſer aère.
Et nunc Camæna, pars tui præstantior
Caliginosa nocte premerentur, nisi
Alter disertus ales, Atlantis nepos,
Lambinus, atro vindicasset à situ.

IN EVNDEM ANTON.
Valetus Iunianensis, Le-
mouix.

Quem nuper tersum edideras, Lambine, poetam,
Nunc fretus Genio vindiore, iterum
Panc recens placidas erumpere gestit in auras,
Lucis & vsur a liberiore frui.
Namq; manu extrema, extremaq; incude recusus,
Et nactus lima munera cara tue,
Nunc totus nitet, & vinctus maioribus alis
Euolat à mendis integer & maculis.
Hunc ego dum cerno tam pulcro exire decorum
Cultu, sic tua me docta Minerva caput,
Ut, nisi sint Flacci plana omnia, & integra, sanctè
Iurarem hac Flaccum præcipuisse tibi.



CAR
RV



intulerunt, tot
lateque regni G
tu, cum atate p
sit metuendum
antecellat. A
noſtrorum adm
bunt. neque v
illarum, ad
mo digniſſime
rum ciuitates
iuſtitiam, qu
ſuppeteret or
ria hominum ſ
bus efferre poſ
mulauit? Ne
exteros, atque
quo factum eſt
Latinarum
pliſſimis ex
& germana
ſia: vigeant
queſtuncula
tionibus am
mnum gym
cebat. Ig
Plato, Xen
des, Polybi